

quia iniuriam infert reo, eius famam iniusti laudens, & se exponit periculo talionis poena. D. Ant. 2. patr. 1. cap. 19. §. 5.

- 2 Secunda conclusio. Regulariter non licet accusatum de aliquo delicto, iterum de eodem delicto accusare, nisi illud iteret; in aliquibus ramen casibus licet, quos vide in Sylvest. verbo accusatio, q. 10. vbi ex aliquibus legibus duos colligit calus, qui excipiuntur. Primus est, vbi secundus accusator docet primum pravae causa. Secundus, si suum dolorem prolegens, ignorat, accusationem institutam ab alio.

## D V B I V M XXIX.

*Ait pactum, vel iuramentum de non accusando valeat.*

Quidam dicunt, quod respectu peccati praeteriti iam committi valeret, & sic qui tale pactum, vel iuramentum fecit, teneat non accusare: at respectu peccati futuri, & perpetrandi nihil valeret, nec obligaret. Ratio differentia, quia quando est de peccato praeterito, non datur anima delinquendi, sic autem quando est de peccato futuro. Ita glossa cap. quemadmodum, de iuriis. Angelus verb. accusatio, n. 6.

2 Alij tenent, iuramentum tale valere, siue sit de peccato praeterito, siue de futuro, quando est non in causa criminali, sed in ciuii: at pactum sine iuramento, nec in causa criminali, nec in ciuii de delicto perpetrando valeret. Ita Panorm. d. cap. quemadmodum. Sit tamen

3 Prima conclusio. Quando accusatio est in precepto, vel in consilio, quia est promotio maioris boni, vel seruitij Dei, tunc iuramentum de non accusando nil valeret, siue peccatum sit perpetratum, siue perpetrandum; licet enim hoc frequentius inueniatur in peccato futuro: at potest etiam repertus in praeterito, vt si non sit emendatum, vel pender in futurum aliquius damnum. Ratio, quia iuramentum de non adimplendo precepto, vel consilio, nullum est. Ita Sylvest. vero accusatio, q. 6. & aliqui docti recentiores.

4 Secunda conclusio. Quando non est debita ex precepto, nec ex consilio, sed est in recompen-  
satione proprii iniuria, vel alterius, vel in ordine ad ipsum accusatorem rei pertinentis, vel ordinata ad communem temporale, vel accusatio talis in ordine ad animam, est indifferens, tunc valeret pactum, vel iuramentum, quia non est contra bonos mores, nec maioris boni impedimentum. Sylvest. licet non expresta, sed ex eius doctrina ibid. colligitur. Ita nonnulli recentiores Magistri.

## D V B I V M XXX.

*Qui prohibeantur accusare, & qui non.*

Prima conclusio. Quando crimen est priuatum, & nulla pena debetur fisco, tunc illi tantum accusare possunt, ad quos illa iniuria pertinet; quando vero debetur fisco pena aliqua, quia redire quodammodo causa publica, potest liberare populo accusare. Ita tenent plures iurisperiti, quia refert, & sequitur Sylvest. verbo accusatio, q. 4.

## C A P V T

## C A P V T II.

*De denunciatione.*

## S V M M A R I V M.

DVB. 1. *Quibus casibus obliget ex precepto correptione fraternali.*

2. *Quae si materia de qua teneamus corrigerre.*

3. *An si peccatum omittatur correctionem timore mortis, vel alio iusto.*

4. *An personæ private, vel saltim Prelatis teneantur inquirere peccata, que corrigan.*

5. *An secreta monitio debeat procedere denunciationem.*

6. *An quando crimen est in causâ dammæ, & secreta monitio non prodet, teneantur ultra procedere ad iustitiam adhibendum, & tandem ad denunciandum.*

7. *An si necessarium prins adhibere unionem testem, quam duos? & an possint plures quam duo adhiberi? & an testes debeat esse ex his, qui alios norunt crimen fravisi.*

8. *An quando homo dubitat, an sua monitio, vel denunciatio si profutura, excusat à correctione & denunciatione.*

9. *An omnes teneantur ad denunciationem faciendum, vel aliqui excusat.*

10. *An clericis teneantur ad predictam denunciationem faciendum, etiam in causa sanguinis.*

11. *An Prelatis, vel iudex possit punire hominem, de quo denunciatione est aliud crimen.*

12. *An quando iudex procedit ad denunciati punitionem, possit cum punire integrâ legi pena.*

13. *An denunciator possit esse testis contra delinquenter, ut si procedatur ad punitionem.*

14. *An quando iudex, vel Prelatus precipit denunciatione delicta, si prius facienda secreta monitio.*

15. *An peccata præterita iam emendata sunt denuncianda ad mandatum superioris.*

16. *An crimina non videntur, sed tantum audita, sunt denuncianda.*

17. *An si denunciandum Prelato, qui creditur multum remedium adhibitus.*

18. *An aliqui personæ proprii privilegii iuris excusat à denunciando ad mandatum iudicis, vel à testificando, si iudex ea specialiter vocat, ut testimonium ferantur? & an qui de deficit aliqui sunt facti inhabiles ad testificandum, teneantur denunciare ad mandatum iudicis.*

19. *An filius teneatur patrem hereticum denunciare inquisitoribus, & comprehendanur sub editio-  
talem denunciationem imbutibus.*

20. *An teneantur illi denunciare ad editio-, vel testifi-  
cari, si index interrogeretur, quibus delictum pro-  
confiteatur, vel remeda capientur, vel sub figura  
crevit delictum est.*

21. *An qui iure suo non denunciare, vel non ferre se-  
monium, teneantur respondere ad editio-, vel in-  
fus à Prelato testificari.*

22. *An propero dammum, quod denunciatori, vel reo  
denunciatio sequitur, excusat quis à denunciacione  
debet, vel testificando.*

23. *Quae sunt causæ in ieiunia, ob quæ quis excusat à  
mandatis de denunciando criminibus.*

24. *Quæ causæ excusat à denunciatione facienda de  
rebus storiis.*

25. *Quoniam temporis dura editio superioris cura*

Th. Sanchez Consiliorum. Tom. II.

vi obligandi ad denunciandum, & similiiter litera excommunicatoria, que promulgantur ad partis petitionem, ut sibi aliquid resipuerit.

26. *An errant iudices, precipiendo generaliter in editis malefactores denunciari.*

27. *Quod si discribent inter eam, qui rispondet ad edita, ut testis, & inter eam, qui ut denunciator.*

## P R O O E M I V M.

**N**IEquam ad dubia deueniamus, aliqua lupponeda fuit fundamenta.

Priuatum, quod si denunciatio est in manifastatione criminis facta superiore, ut remedium, aut corre-

ctionem, aut penam ex officio adhibeat, & differ ab accusatione, quia per accusationem petitur punio, ac vindicta delinquentis, & ad ipsam prestatum compellitur, & obligatur iudex ab ipso accusatore: per denunciationem vero nil a iudice petitur, sed illius arbitrio, & officio relinquatur, ut faciat quod debet, & viderit expedire.

Secundum fundamentum. Denunciatio est triplex: Euangelica, Iudicalis, & Canonica. Euangelica est illa, que fit superiori ad correctionem, & emendandam ipsius peccatoris ordinata, ita ut hoc sit principali finis, & formale obiectum, quod intendit, qui denunciatur, & cui denunciatur, & de hac die cur quod sit superiori, non tamquam iudici, sed tamquam patri, & priuata perlunga, id est, non ut exequatur partes iudicis, que sunt, iudicare, & punire, sed plures, quas exequitur pater, & quilibet proximus, que sunt corrigerere. Iudicalis est illa manifestatio criminis, que fit iudice de aliquo peccatore ordinata ad satisfactionem, & recompensam, id est, ut ipso peccator satisfaciat, & solvatur, quod debet, siue id, quod debet, in dammum, & interesse alieuius persona particularis, siue sit aliqua pena, vel multa, que fieri debet, & ideo ita denunciatio aliquando est publica, id est, que fit ab officiali publico ad soluendum aliquam pecuniam publicam, que ex lege debetur. Aliquando est priuata, id est, que fit a persona priuata, ad satisfactionem priuari danni, & debiti. Hac denunciatio dicitur iudicalis, quia fit secundum formam iuris, & cum sollemnitate iuris, scilicet in scriptis, & cum probatio-  
ne facta ab ipso denunciante: quamvis non sit hoc necessarium, quia etiam de plano, & sine iuri forma fieri potest. Et licet hæc denunciatio sit accusationi similis, & sapere sub accumulationis nomine intelligatur: at vero differt ab accusatio-  
ne propriæ dicta, quia accusatio ordinatur ad punitionem, & vindictam publicam, & accusator, qui & actor est, tenetur probare sub talionis pena. In denunciatione vero judiciali non sic est, quia licet fieri iudici, ut persona publica, & alii quando ordinatur ad punitionem, id tamen fit à iudice ex officio. Denunciatio canonica est illa, quia sit superiori ad impediendum mala, & dama-  
na, que ex peccato procedunt, sine fini in perniciem publicam, siue in dammum tertie persona. Itaque finis & obiectum illius denunciatio-  
nis est impedit, & reprimer mala, & incommoda aliorum, ut per iudicem reprimantur. Di-  
citur canonica, quia iure canonico est intenta, cuius est omnibus peccatis, & damais animarum

P reme

remedium adhibere: differt autem à iudiciali, quia illa ordinatur ad compodum, & interesse ipsius denunciantis, canonica verò ad euitandum damna, 3 Tertium fundamentum. Circa ista, quæ de tripli denunciatione dicta sunt, advertenda sunt aliquæ. Primum, quid licet alia sunt denunciationum genera apud auctores: at omnia reducuntur ad ista. Item licet dicatur, nullam istam denunciationem ordinari ad punitionem, & vindictam publicam, sicut accusationem, intelligitur quoad id, quod per se intendit, & ex natura sua denunciatione ordinatur: nam per accidens propter denunciati incorrigibilitatem, aut propter mali grauitatem, quod nequit aliter impediti, & propter alias causas, quæ possunt infungere, bene potest ex denunciatione sequi, ut denunciatus puniatur, vel procedatur ad vindictam publicam, vel etiam si per se ordinetur ad punitionem propter bonum publicum, ut aliquando sit, adhuc differt ab accusatione, quia denunciator non petit talem vindictam, sed relinquit iudicis arbitrio, ut agat ex officio. Item nota, quid licet ista tria denunciationum genera sine distinctione, aliquando tamen possunt coincidere, ita ut eadem sit euangelica ad emendam, & canonica ad vitandum damna; quia potest contingere, ut debet homo duos, vel tres fines intendere, tamen vere differunt, & est diuersa forma in illis seruanda, & diuersa obligatio, ex Innocentio cap. nonius, de iudic. & Doctoribus iuris ibi. D. Anton. 3. p. art. 9. cap. 9. Sylvestr. verb. denunciationis, §. 5. Soto de sigillo, membr. 2. quest. 5. & de iust. lib. 5. quest. 5. art. 1. & 9. 6. art. 2.

## D V B I V M . I.

Quibus casibus obliget ex precepto  
correctionis fraternalis.

**Q** Via acturi sumus de denunciatione, ad cuius plenam intelligentiam oportet scire materiam de correctione, ideo puncta huius materiae difficultaria, premittenda sunt. De correctione & denunciatione agunt Doctores 4. dif. 19. vbi D. Thom. & 2. 2. quest. 3. expofitores sacra Scriptura, Matth. 18. Iurisperit, cap. nonius, de iudic. & cap. peccauerit, 2. q. 1. Summule verb. correctionis, & verb. denunciationis, Soto memb. 2. de regendo secreto, Nauarr. cap. 24. & in aliis locis citandis.

**2** Nota certum est apud auctores, quid ad correctionem nonne erga quilibet peccato mortali affectum tenetur sub mortali aliquibus concurribus conditionibus de precepto naturali, & divino, quia est opus misericordiae, & maxime necessarium, & ad succurrendum maxime necessitati, scilicet spirituali animæ: quæ necessitas corrigendi peccatores, licet quando peccatum procedit ex malitia, & passione, non sit tam vires, vt in plurimum licet necessitas succurrendi corporibus penuria & fame periclitibus: at quando peccatum procedit ex ignorantia, longe maior est correctionis necessitas. Quod sit de irre diuino, patet Matth. 18. Quod sit de iure naturæ, patet ex naturæ docet omnia, quacumque fieri nobis volumus, alteri facienda sed iuxta naturalem & rectam rationem debent homines, quando erimus, velle doceri, & ab aliis in spiritualibus sibi operari, quod maximè correctione præstat ergo.

Secundum nota tres oportere afflant conditio- 3 nes, ut præceptum hoc altingat.

Prima est certa peccati cognitio. Hæc est contra Adriani 4. mat. de correcc. §. sed hec opinio ibi inquit, etiam cum est probable dubium, an proximus peccato adherat, esse præceptum de correctione, nam ad eleemosynam corporalem non tantum teneor, cum proximum extremè indigere certò noui, sed dum probabiliter dubito. Sed venius est oppositum, quia in corporibus nullum est periculum, si eleemosynam non indigenti erogetur: at in spiritualibus nocet proximo qui leuitate & temere iudicant cum esse in peccato, ipsum arguit. Ita tenet Sotus membr. 2. quest. 2. concl. 4. Nauarr. cap. 2. latine num. 12. Hipp. n. 17. Gabriel super can. let. 7. 4. litera C. Viguer. lib. infinit. cap. 12. §. 2. vers. 7. Flores materia de correcc. dub. 1. Hinc

infurit, scientem per auditum, vel per rūmorem, vel per signa dubia crimen fratris, non teneri corrigerre, quia non certò est. Ita Viguer. notat tamen Sotus, pensandas coniecturas facientes rem probabilem, & conditions personarum; atque ita aliquando licere insinuare fratti criminis sua, de quibus rumor spargitur, dummodo fiat prudenter.

Secunda conditio, opportunitas ex parte personæ & temporis, ex parte personæ (inquam) ut non sit aliis, qui commodius corrigerem posse, posse (inquam) de potentia proxima; nam licet non nisi alios adfice, qui inclusi id prætare valeant, ut est Praelatus, vel Doctor, at si video negligentes esse, teneor corrigerre, sicut si alij potenteres ad subuenientum extremitate indigent, id negligunt, teneor subuenire. Ita Sotus vbi supra, verba terria, & postrem Palud. 4. dif. 19. quest. 3. art. 2. Adriani vbi supra, §. sed hec opinio, Nauarr. cap. inter verba, corol. 5. 9. num. 6. 2. Tabien. verb. correctionis, num. 6. Nauarr. in summis, cap. 2. Latine num. 12. Hispan. num. 17. Turrecrem. 2. quest. 1. cap. si peccauerit, n. 13. Gabriel vbi supra, litera E, Richard. 4. dif. 19. art. 1. quest. 1.

Opportunitas ex parte temporis: oportet enim correctionem fieri tempore opportuno, si enim hominem recenti iniuria affectum sedare velis, importunum tempus est. Item, qui correctionem differt, eo quod tempus opportunius ad id fore spectat, recte agit, ut docet D. August. 1. de cœnit. Dei, cap. 9. Abul. cap. 18. Matth. quest. 95. ad 3. Turrecrem. Tabien. vbi supra, Aramil. verb. correctionis, num. 5. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 6. §. 2. Durand. 4. dif. 19. quest. 3. art. 3. Gabr. vbi supra, Alent. lib. 2. tit. 6. cap. 4. Sed nota hoc esse intelligendum, quando non timetur nouum mortale, vel quando speratur plenus fructus totalis emenda, qualis ex præfenti correctione non sperabatur. Ita Corduba super membr. 2. quest. 2. condit. 3. Sotis, nam si tunc est tempus opportunum, & non speratur maior correctione in alio tempore, immo continuabit peccatum illud per nouum peccatum, vel aliud peccatum contrahet, non potest licet eius correctione differi ad tempus opportunius, vel ut alius melius corrigat, ut docet ibi Corduba, & Adrian. vbi supra.

Hinc colligitur licet mihi aliquando permittere peccatorum in maiora labi crimina (non quidem in aliorum peccatorum peccata, quia non pertinent ad iudicium humanum puniri ista via) sed ut cautius resurgat: nam cum correctione sit

## Lib. VI. Cap. II. Dub. II. &amp;c.

171

die Veneris ex obliuione. Ita Angel. verb. correctionis, num. 6. Nauarr. addit. c. tata, vbi addit, me non teneri admonere esse festum, vel diem Veneris, nisi sum eius pastor, quia ignorans hac non est iuris, sed facti, cuius liberacione nec extreme, nec grauiter egit. Vide que de hac re late dixi lib. 2. de matrimonio, dif. 1. a. n. 2. ad 1. o.

Vltima conclusio est, modò sit spes emenda; circa hanc est disputanda grauis quæstiō, de qua infra.

## D V B I V M . II.

Quæ sit materia, de qua temcamur corrigerre.

D E hac re duplex est sententia.

1 Prima dicit solus esse peccatum mortale: at vero corrigerre de venialibus, esse consilium. Ratio, quia Christus iubet denunciari Ecclesiæ: at hoc non procedit in venialibus; ergo. Ita Palacio super illud Matth. 18. si peccaueris in te, Abul. ibi 9. 2. Palud. 3. art. 2.

2 Secunda sententia tenet oppositum. Sit pro re solutione

3 Prima conclusio. Peccatum etiam mortale omnino præteritum non est materia necessaria correctionis, sed peccatum mortale quodammodo pendens in futurum, ita scilicet, ut maneat aut pertinacia, aut periculum iterum peccandi. Probatur, quia cuncte finis correctionis sit fratris emenda, vbi emendatus est, non est necessaria. Ita glossa cap. peccauerit. 2. quest. 1. Sotus membr. 2. quest. 2. concl. 2. Corduba in annotatione super istam questionem, & conclusionem, Sylvestr. verb. denunciationis, quest. 1. Angel. ibi num. 1. & verb. correctionis, num. 1. Tabien. verb. correctionis, num. 6. Abul. cap. 18. Matth. quest. 8. vbi optimè nota, quid licet peccatum præteritum maneat reatu, scilicet, quia de illo delinquens non doluit, non est materia necessaria corrections, sed tantum de confusione, nisi actu maneat peccatum, sive per frequentationem, sive per continuationem ciuidem actus, vel propter periculum recidivi. Ratio, quia ad hoc ut quis alterum corrigit, oportet eius peccatum norit, sed quando tantum manet peccatum, quod reatum, solus delinquens nouit; potest enim esse, ut in corde doluerit.

4 Secunda conclusio. Non tantum teneor corrigerre, quando peccatum procedit ex ignorantia, vel passione; sed etiam quando procedit ex malitia, teneor sub mortali corrigerre, si citra graue datum possit. Pater, nam eleemosyna corporalis obligat etiam in gravi necessitate, dum quis habet superfluum, sed dum proximus peccat ex malitia, graui necessitate laborat, quia difficile absque correctione emendatur, & alter cœletur habere superfluum, siquidem sine graui detrimento potest open ferre corrigit: ergo. Ita Sotus vbi supra, concl. 8. quanvis contemnam teneat Nauarr. cap. 28. addit. ad num. 17. capit. 24. fed in Lat. codem cap. n. 13. vbi illam additionem inexit, id suffit.

5 Tertia conclusio. Quando peccatum procedit ex ignorantia probabili, que peccatum excusat, non teneor corrigerre, quia nulla interfratcula culpa, v. g. si videam peccatum omittere facrum in die festo, putantem non esse festum, vel edere carnes

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

Quinta conclusio. Peccatum veniale est non corrigerre consuetudinem contrahendi venialia non periculo, ut levia mendacia, &c. Ratio, quia haec venialia sunt aliquales fratris ratio, & in his corrigit est quodammodo fratrem lucrari. Ita Sotus vbi supra, contra plures tenentes solum esse consilium de horum venialium correctione. Hi sunt Abulensi. Turrecrem. Viguer. D. Anton. Gabr.

Sexta conclusio. Prælati, qui possent plebem suam à levibus iuramentis purgare, aut ab aliis confutandinibus peccandi venialiter, tenetur id facere sub mortali. Ratio, quia cum Prælati ex officio incumbat cura Reipublice, tenetur sub mortali confulere notabilis damno ipsius; & venialia, licet in linguis non sint notable damnum; at quando sunt frequentia in Republica, magni momenti est, illa extirpare. Ita Sotus ibi. Vnde infert quid licet regulæ alieci religionis, ut D. Dominici, non obligent ad ullam culpam: at vero Prælati, qui videns, regulas paucim violari, huic damno non confuleret, si posset, peccaret mortaliter, quia grauiter in suo officio deficeret.

## D V B I V M . III.

An sit peccatum, omittere correctionem timore mortis, vel alio insto.

T'riplex est sententia.

Prima dicit esse peccatum mortale, quia præponit bonum temporale saluti spirituali fratris. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 3. art. 2. ad 3. & inuit. ibi Caicetan. Idem tenet Sylvestr. verb. correctionis, quest. 1. Tabien. num. 6. Aramil. num. 3. Angel. num. 1. Abulensi. cap. 1. 8. Matth. quest. 93. ad 3. Turrecrem. 2. quest. 1. cap. si peccauerit, num. 6. Gabr. leit. 7. 4. in can. litera F. Richard. 4. dif. 19. art. 2. q. 1.

P 2 ad 1.

- ad 1. D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 6. § 2. Adrian. 4. Mart. de correcl. & avarizone in solutio ad secundam confirmationem terry, Margar. fol. 114.
- Secunda sententia dicit, cile peccatum veniale, nisi frater mea correclione extremitate indigeret, Ita Arcuato tract. de correcl. concil. 5. & 6. in 6. controv. quem refert, et lequitur Cordub. annot. super 6. conclus. Sot. in membr. 2. q. 2. & lib. 1. quest. q. 2. 6. & in summa q. 5. 6.
- Tertia sententia dicit, nullum esse peccatum.
- Pro resolutione sit prima conclusio. Quando timor leuis, vel aliquis respectus humanus non omnino amouit a correclione, sed aliquantulum retardat, & negligienter facit, et peccatum veniale ratione negligentia. Ita D. Thom. ubi supra, quem reliqui lequantur, vnde in hac omnes conuenient.
- Secunda conclusio. Si proximus extremè mea indiget a correclione, v. g. si hereticus disseminaret haereses, quibus per ignorantiam aliqui assentirent, & non esset, qui posset, aut vellere instruere, nisi ego, si creditur incaecem correctionem profuturam, teneor etiam cum mortis periculo corrigere. Ratio, quia praecipuum charitatis postulat, vt calu necessitatibus extremitate, praeferat vita proxime spiritualis mæta corporali. In hac conclusione omnes conuenient.
- Tertia conclusio. Etiam extra casum necessitatis extremitate tenetur Prelatus corrigit subditos, etiam cum dispendo propria vita, quando speratur correctionem profuturam. Ratio, quia ad id non tantum tenetur lego charitatis, vt reliqui, sed etiam lege iustitiae, & ex officio. In hac conclusione videtur aperte conuenire Sotus cum prima sententia membr. 2. q. 2. concil. 6. initio, & in fine, & tenet expressè conclus. 7. Idem Corduba ubi supra, & Flores Theolog. mat. de correcl. difficult. 1. Part etiam ex illo Christi Domini, Ioa. 1. Bonus pastor animam suam posuit pro ovis suis mercenariis autem fugit. & in hoc calu intelligitur D. Thom. pro prima sententia citatus.
- Vtima conclusio. Probabiliter est personas priuatas nullam contrahere culpam, si timore mortis, aut amissionis notabilis fame, aut bonorum extremitiorum celiunt a correclione circa calum extremitate necessitatis, quamvis certius sit correclionem profuturam. Ratio, quia priuatus homo sola charitatis lege tenetur corrigit: at lex charitatis non tanto obligat dispendo circa extremitate necessitatis casum, vt pater a simili in elemosyna corporali. Ita Sotus, & Flores ubi supra, Nauar. cap. inter verba, corol. 5. 9. n. 6. 31. & in summa cap. 24. Hispan. num. 18. & 20. Lat. n. 12.

## D V B I V M . IV.

An persone priuata, vel saltem Prelati teneantur inquirere peccata, que corrigan.

Circa personas priuatas communis est omnium clementia, quod non tenetur inquirere, sed satis esse, cum sibi occurserint, corrigit. Ratio, quia cum debetur aliquid non certa persona, sed communiter omnibus proximis, non oportet quare, quibus impendamus, sed occurrentibus impendere satis est. Ita D. August. quem refert, et lequitur D. Thom. 2. 2. quest. 3. 3. art. 2. ad 4. Abul.

## D V B I V M . V.

An secreta monitio debeat procedere denunciationem.

Nota in hoc dubio maxime attendendum est, an peccatum sit publicum, an secretum, & an sit in damnum aliorum, vel tantum in damnum ipsius peccantis, & an peccatum, vel damnum pendent in futurum, vel non pendent.

Prima

- cap. 1. Matth. quest. 95. ad 4. Syluest. verbo correclio, quest. 2. Tabien. ibi, mun. 3. Armil. n. 3. Angel. num. 2. Turrecrem. cap. si peccauerit, 2. quest. 1. n. 14. Gabr. let. 74. in canon. lit. R. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 6. § 2. Viguer. lib. infit. cap. 1. 2. § 2. vers. septima. Adrian. 4. mat. de correcl. §. ad rationes, verf. ad primam confirmationem. Durand. 4. dif. 1. 9. quest. 3. art. 3. ad 2. Caiet. & Sotus ubi supra, Flores nat. de correcl. dif. 3.
- At Prelatus est dubium: quia Caiet. 2. 2. quest. 3. art. 2. & Flores ubi supra, negant Prelatum teneri praecetto correctionis fraternæ, plus quam quemadmodum de plebe inquirere peccata, quia corrigit, tantum enim tenetur ex praecetto iustitiae inquirere tanquam iudex, vt puniat.
- Nihilominus sit conclusio. Prelatus præter ius ita praecipuum, quo tenetur tanquam iudex diffamatoris de criminis inquirere, & punire, tenetur praecetto correctionis fraternæ oculatus vigilare super gregem, quam priuati, & inquirere criminis, non quidem ordine iudiciali, ubi non praefessus infamia, sed tenetur esse magis attentus, ut nosc possit subditorum criminis, vt fraternaliter corrigit. Ratio, quia quod debetur alicui determinata persona, oportet quod ei impendamus, non expectantes, quod nobis occurrit, sed debitem sollicitudinem habentes, vt eum inquiramus: sed Prelatus debet ex officio cuiuslibet, cui specialem curam erga illam, & eius saluti spirituali confidere: ergo. Secundo probatur, quia Prelatus tenetur ex praecetto correctionis, expondere vitam, vt corrigit oues in calu, quo priuatis non tenetur: ergo similiter tenetur aliis maiorem adhibere curam ad corrigendum. Ita tenet D. Thom. Abul. Tabien. Turrecrem. Gabriel. D. Ant. Viguer. Adrian. ubi supra, Sotus membr. 2. quest. 3. concil. 3. Corduba in annotatione super eandem conclusionem.
- Sed notanda sunt hic duo.
- Primum cum Caiet. & Corduba ubi supra, non oportere, vt Prelatus sit plus debito sollicitus in inquiringendo, sed moderate id agat, ita vt non sit notabiliter negligens secundum casus occurrentes, & probabiles coniecturas, ne nimia suspicio illum exolum reddat.

Secundum nota patrem familias non posse corriger vxorem, nec filios, nec familiam correctione judiciali, & coercitu, non enim potest poena legis infligere. Vnde non tenetur arcere seruum a concubina, expellendo eum domo, nisi forte proprii scandalum, nec tenetur compellere familiam ad ieiuniu Ecclesiæ, sed tantum tenetur fraternaliter corrigit, maiori tamen vinculo, quam extraneo. Ita Sotus d. 9. 3. concil. 4. Aragon 2. 2. quest. 3. 3. art. 3. Notat tamen Corduba in annotatione super illam tenet corripere filios, & familiam, non tantum charitati monendo, sed puniendo punitio ne domestica, non vero judiciali.

## D V B I V M . V.

An secreta monitio debeat procedere denunciationem.

- Prima conclusio. Quando peccatum est publicum, siue sit in damnum aliorum, siue non, potest abique monitione prævia secreta denunciari. Ratio, quia per tale peccatum facta est iniuria Republicæ propter scandalum, & malum exemplum, & sic non sat est, vt ipse peccator emendetur ad quod ordinatur correclio, sed requiritur etiam publica satisfactione, cap. 5. fol. 4. illud, dif. 4. cap. 5. peccauerit, 2. 2. vbi id tenet Arch. & Turrecrem. num. 24. D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. & 7. 4. dif. 4. 9. quest. 2. art. 3. quest. 1. ad 2. Abulens. cap. 18. Matib. quest. 97. Dur. eadem dif. quest. 4. Richard. art. 3. quest. 1. Viguer. lib. infit. cap. 12. §. 2. vers. septima. Adrian. 4. quest. de correcl. §. pro huius dif. dif. 4. Sotus, & Flores nat. 2. 2. 4. statim in principio. Corduba ibi, Gabr. let. 74. in canlitera R. Lyra super illud Matth. 18. Vide, & corripere eum, D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 6. §. 4. Armil. verbo correclio, num. 4. Angel. verbo denunciatione, num. 2. Margar. confess. folio 115. Syluest. verbo denunciatione, quest. 3. & verbo correclio quest. 5. Flores theolog. mat. de correcl. difficult. 4. Nauar. cap. 24. Hispan. num. 21. Lat. num. 14. Palud. 4. dif. 19. q. 4. Nauar. lib. 2. de refl. cat. 4. num. 177.

Circa hanc primò nota, intelligi de peccato publico, quod est notiorum notoriæ facti, quod seculis nulla tergiversatione celati potest, nam quia non sunt propriæ fratres euangelici; at vero cum haereticis non pertinacibus, qui nec propriè dicuntur haereticæ, qui ex errore, vel simplicitate reñent alias haereses, vel superstitiones, seruandis est orto euangelicus, sive cum aliis peccatoribus. Ratio, quia cum illi non ex malitia peccant, parati sunt corrigi. Item ad Titum 3. Hereticum poknum, & alteram correctionem desita, vbi Ambr. Chrysost. & Theoph. dicunt loquii de corrigibiliibus. Item, quia illi vero non sunt haereticæ, cum ad haereticæ pertinaciam requiratur. Ita notat Nauar. num. 169. & 209. & idem dicit de his, qui inter concionandum, & disputandum ex iniquitate erorem dicunt, quos certum est non ex animo esse haereticos. Idem notat Corduba ubi supra, Perez ubi supra pag. 1. Calisto supra conclus. 2. Imò hic dicit teneri prius admonere secreto, non tantum in hoc calu, sed etiam quando dabitur, an ex malitia, vel ignorancia dixerit haereticum, nisi fulpicio violentia sit, quod ex malitia disserit, & potest imminere ex morte, vel taciturnitate aliquod periculum Recipublica.

Tertiò nota, magnum esse differenciam inter hæc 8 crimina, quando sunt omnino occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta, probabila tamen: nam in hoc calu possunt denunciari iudici, vt iudici, vt puniat: at in priori solùm possunt denunciari ei, qui posset prodesse, & non obesse, id est, iudici tamquam patri, vt remedium adhibeat, non autem vt iudici, vt puniat. Ita D. Augustinus & habetur cap. hoc evidens. 2. 2. quest. 5. Idem respondit Adrianus antequam efficer Papa consulitus in hac re, vt refert, & sequitur Sotus d. membr. 2. quest. 4. post secundam conclusionem, vers. nihilominus, & Corduba ibi, & etiam Sotus lib. 5. de iust. 4. 6. art. 2. post quatinus conclusionem, Flores ubi supra, num. 5. & cap. 24. Hispan. num. 21. Lat. num. 14. & cap. inter verba, cor. 8. num. 6. 21. Armil. verbo correclio num. 4. Calixta lib. 2. de iust. haer. punit. cap. 2. 5. Simancas lib. de iust. cap. 4. num. 10. Holl. de haer. colun. 4. Innocent. cap. 1. de refib. cogit.

Th. Sanchez Conf. moral. Tom. II.

P. 3 dear,

dear, & inquirat. Ita notat Sotus lib. 5. eod. art. 2. & Corduba vbi supra. Notat etiam Sotus d. membr. 2. codem vers. citato, quod quando crimen est occultum in damnum priuata personae, ad quod cauendum nec sufficit monitio, nec denunciatio facta iudicii, vt pati, potest manifestari illi priuata personae, cui damnum imminet, & illa potest dicere iudicii, vt iudicii, vt se protegat.

9. Tertia conclusio. Quando peccatum occultum est in damnum tertiarum personarum priuatarum, & damnum in futurum penderit, vt si paretur mors, &c. vel si secretum noui latronem, qui furatus est bona proximi, &c. tunc teneor secretum corrigeret, vt restituat, vel cellet a voluntate occidiendi, si est spes certa quod celabit a damno; sin minus, teneor superiori denunciare, si abisque meo detimento possum. Ratio, quia teneor proximum liberare a periculo, si possum, & licet sequatur damnum peccantis, melior est condicio patientis iniuriam. Ita Sotus vbi supra, vers. s. ver.

10. Circa hoc nota primo, in his criminibus secretis, & perniciosis detegendis cauendum est, vt quam minimo possit fieri fama dispendio detegantur, vt si dama publica, aut priuata cuiusdam posuerit per revelationem in genere, non fiat reuelanda persona, si fatis sit reuelare crimen, vel alia via euitate damnum. Ita Sotus vbi supra, post secundam conclusionem, vers. verum est, Nauar. cap. 18. num. 56. & cap. inter verba, corol. 5. n. 62. 3. Nauar. num. 190.

11. Secundum nota, in hac denunciatione esse pondemandum damnum, quod peccatori sequitur ex infamia, & quod ipse vult inferre, qui si illud sit magnum, hoc autem leue, non est denunciandum, quia maiori malo obviandum est, licet melior sit innocentis conditio. Ita Palud. & Adrianus vbi supra. Nauar. cap. 25. num. 42. Syluest. verbo correlative, queſt. 6. Nauar. Turrecrem. vbi supra, num. 50. D. Thom. 4. dist. 1. 9. queſt. 1. art. 3. quafi. 1. ad 2. argumentum, & Gabriel vbi supra. littera S. D. Anton. d. §. 4. Corduba membr. 2. queſt. 4. super conclusionem 3. vbi addit, quod nec tale peccatum occultum, etiam si sit probabile, potest vlo modo denunciari, vel iudicitaliter ad personam accusari, nisi quando inde manus bonum probabiliter speratur, quam si ex tali denunciatione periclitatur.

12. Tertiola nota, quod sicut in hoc casu quilibet potest denunciare, maiori ratione potest ipse laetus, cui imminet periculum, quamvis tam leue possit esse damnum suum, & alterius infamia tam gravis, ut potius deberet tacere, quam denunciare. Ita Syluest. vbi supra.

13. Ultima conclusio. Quando peccatum est secretum, & in soluū peccatoris damnum, teneatur ante denunciationem secretum corrigeret, si spes emenda; quando vero talis spes non est, an si statim denunciandus, dicam in sequentibus. Hæc conclusio est omnium Doctorum, & patet Math. 18. & ratio est, quia semper est proximi fama seruanda, quando seruari potest absque anima detimento.

14. Ex his sequitur differens inter peccatum, quod est in aliorum damnum, & illud quod est in damnum soli peccatoris, quod in illo casu si dubitatur aliquo modo de effectu correctionis fraternalis, potest illa prætermissa statim fieri denun-

catio: nam correctio tantum habet locum, vbi firmiter profutura creditur, vt ex dictis patet: in horo vero casu si dubitatur de effectu correctio- nis, non ideo statim est denunciandus, vt infra dicetur.

#### D V B I V M VI.

An quando crimen est occultum, & tantum in peccatis damnum, & secreta monitio non prodest, teneamus ultra procedere ad testes adhibendum, & tandem ad denunciandum.

I N hoc dubio tria sunt certa. 1. Primum est, quando crimen non est omnino occultum, sed probabile, & secreta monitio non prodest, adhibendi sunt testes, unus, vel duo, antequam denuncietur Prelato, si est spes quod per talium tertium inductionem corrigitur. Pater exp̄se Math. 18. & facentur omnes Doctores citandi, quod intelligitur, vt docent Turcet. & Richard. vbi infra) exceptis illis casibus, quibus dictum est dub. prædict. itatim ante secreta etiam monitionem veniendum esse ad denunciationem.

Secundum est certum, quod si talis per testium inductionem non corrigitur, est denunciandus Prelato, si est spes emenda: pater Math. 18. queſt. 10. id est, si te non audieris, die Ecclesia, & facentur omnes citandi.

Tertiolum est certum, quod criminis publica, etiam quia non sunt in aliorum perniciem, & etiam occultum in aliorum damnum, si per secretam monitionem non potest ipsis consuli, esse denunciandum Prelato, illa, vt scandalum consularit, hac vero ut proximi inde manus seruetur: pater ex dictis dub. prædict.

Grauius tamen difficultas est, an peccatum omnino occulta, quod probari non potest, vpoote quia solus, qui admonuit, illud nouit: si secreta monitio non prodest, illuc sistendum est, nec adhibendi sunt testes, nec denunciandum quoadunque sit aliquid indicia, vel testes, per quos coniuncturantur. Ratio, quia quando peccatum est omnino occultum, frustra videntur adhiberi testes, nam vel ad probandum præteritum crimen, & hoc non, quia probari nequit; vel ad obferandum peccatorem, si in futurum reciderit, & hoc est iniuriosum, quia, telle D. Augustino, non debemus esse exploratores vitæ alienæ. Ita Altiſiod. lib. 3. tralat. 2. 5. cap. 2. Durand. 4. distinſ. 19. queſt. 4. qui addit, posse tale peccatum secretum sine tertium inductionem reuelari Prelato in secreto tamquam pati, qui possit prodire, & non obesse. Sed de veritate huius additi dicam infra dub. 9.

Secunda sententia huic affinis est, quod licet peccatum sit soli admonimenti cognitum, si tamen aliquo modo probati potest, vel per detectionem fraternalis, v.g. si ego solus ideo, Petruus esse concubinum,

rum, & probare possum, quia pro comperto habeo, concubinum domi retinere, vel quia possunt inducere testes, qui peccatum iteratum possunt videre, tunc teneor letare ordinem euangelicum, scilicet, adhibere testes, & tandem denunciare. Si tamen nullo pacto probari crimen istud potest, sistendum est in secreta monitione. Ita Adrian. 4. mar. de correcl. §. 3. Gabr. leib. 74. in can. litera Y. & Z.

6. Tertia opinio est in alio extremo, scilicet, tale crimen esse denunciandum Prelato, quando secreta monitio non profuit, etiam non sit spes, quod per correctionem Prelati emendabit, immo peruerteret. Ratio, quia prodest talis denunciatione ad aliorum terrorem, & vi faciliter peccandi caueatur. Ita Panorm. cap. nosiū de indic.

7. Ultima sententia tenet etiam in occultis esse seruandum ordinem euangelicum, modo sit spes emenda. Pro resolutione iuris.

8. Prima conclusio. Quantumcumque peccatum sit occultum, & in soluū peccantis damnum, si spes emenda sit per adhibitionem testium, & denunciationem, tenetur, quando nostra correctio non prodest, adhibere unum, vel duos testes, & coram illis corrigitur: & si hoc non profit, denunciare Prelato. Probatur, quia indistincte, & vniuersaliter loquitur Christus Matth. 18. §. peccatorum in iuris, id est, ut scientie, ut communiter explicant Sancti. Item, quia lex naturæ hoc docet, ut ad liberandum à maiori malo, feliciter morte amissæ fia factura in fama. Alias rationes vide in Sotus vbi supra. Quod vero manifestat coram testibus debet precedere denunciationem, quia fit Ecclesiæ patet primum, quia ita habetur Math. 18. & ratio huius ordinis est, quia confundendum est falaci proximi, quam minimo id dispendio famæ fieri possit. Et ita si ad eius correctionem sat est, peccatum detergere vni, vel duobus, non est Ecclesiæ detegendum; quia hoc est omnia prodere famam illius. Hæc conclusio est contra primam & secundam sententiam: illam tenet D. Thom. 2. 2. queſt. 33. nr. 8. & ibi Caet. Sotus membr. 2. queſt. 4. concl. 5. Corduba circa eandem conclusionem. Margar. fol. 115. Syluest. verbo correlative, queſt. 5. Artim. num. 7. Tabien. num. 7. Angelus verbo denunciatio mem. 2. Flores mat. de correcl. difficult. 6. Hugo super illud Math. 18. si te non audieris. Nauar. cap. 24. Hisp. mem. 21. Lat. 14. & cap. inter verba, corol. 5. 9. num. 624. Richard. 4. dist. 1. 9. artic. 3. queſt. 2. Turrecrem. cap. si peccaverit, 2. 4. num. 31. & Hugo ibi, Abulensi. Math. 18. queſt. 1. 6. corp. & ad 1. Palud. 4. dist. 1. 9. q. 4. D. Anton. 2. p. ii. 9. cap. 6. §. 4. Nauar. lib. 2. de refut. cap. 4. n. 1. 35. in secunda editione.

9. Secunda conclusio. Quando tale peccatum est omnino occultum, & non est in damnum alterius, si nulla est spes emenda, non sunt adhibendi testes, nec facienda denunciatione Prelato. Ratio, quia tali casu est facienda denunciatione euangelica, cuius finis est fratri emenda: ergo si hæc non speratur, ista resistent D. Thomas, Caetan. Sotus concl. 6. & super illam Corduba, Margarita, Syluest. Flores, Tabien, Abulensi. Palud. Nauar. Turrecrem. vbi supra. D. Anton. supra. Nauar. supra.

10. Tertia conclusio. Licet tale crimen, quod non vergit in alterius damnum, sit probabile; quia felicitas tribus, aut quatuor est notum, si non sper-

etur emenda, non est denunciandum. Ratio, quia etiam in hoc casu procedendum erat ad denunciationem euangelicam: nam adhuc intra latitudinem occulorum computatur tale crimen, cum alios non scandalizet ratione publicitatis, nec alteri noceat. Et similiter, si post denunciationem probabiliter constat, quod, si coniungatur, ibit in perditionem, non est ei convincendum. Ita docet Caetan. vbi supra. Idem aperte colligunt ex Sylvestro, & D. Anton. vbi supra; dicunt enim, quod si delictum probati possit, & speretur correctio, denunciari debet Prelato, vt est persona publica: ergo quando non speratur correctio, non est denunciandum, licet probari possit.

Sed notanda sunt hic aliqua.

Primum est, vt monitio secreta non prodest 11. dicatur, non satis est, vt feneſit fiat, & non profit, sed oportet iterum, atque iterum fieri, quādū speratur correctio per illam: non tamen est necesse expectare tempus longissimum, sed ad arbitrium boni viri. Ita D. Thomas d. art. 8. ad 1. Sylvest. Tabien. vbi supra. Abul. d. 9. 10. ad 1. Sotus vbi supra, post quintam conclusionem, pando ante solutionem ad 1. D. Anton. vbi supra. Nauar. n. 136.

Secondum nota, quod licet frater non emendetur per secretam correctionem, non subinde desperandum est, quoniam emendari possit per remedium inductionem; quia adhibitis testibus, aut confundetur, & emendabitur, aut mensura ne capiatur in crimen, carius vivet. Ita Sotus vbi supra. Quod vero manifestat coram testibus debet precedere denunciationem, quia fit Ecclesiæ patet primum, quia ita habetur Math. 18. & ratio huius ordinis est, quia confundendum est falaci proximi, quam minimo id dispendio famæ fieri possit. Et ita si ad eius correctionem sat est, peccatum detergere vni, vel duobus, non est Ecclesiæ detegendum; quia hoc est omnia prodere famam illius. Hæc conclusio est contra primam, nec coram testibus admonitus emendetur, non subinde desperandum est, quoniam per denunciationem corrigatur quæ verba Prelati plus ponderis habent, & timor augetur subditio, ut cauteat in futurum. Item, quia Prelatus oculatus vigilabit super fratrem, & instantius funder Deo preces pro illo. Sie Sotus vbi supra conclusio.

Vnde ad argumentum respondetur ex D. Thoma d. art. 8. ad 3. & ceteris tribus de causis adhibendis est testes. Primum, si frater dubitat id, quod facit esse peccatum, vt coniungatur, ut eum obseruerit illud. Secundum, vt peccatorem obseruerit, si sit periculum iterationis peccati. Vnde D. Augustinus intelligitur, quando ipse delinquens non praberit aniam, ut eum obseruerit. Tertiolum, ut dum corrector denunciat Prelato crimen, si non poterit probare crimen, faltum proberet se admonuisse. Item, ut coram pluribus monitus erubescat, & sic à peccato retraheatur.

#### D V B I V M VII.

An sit necessarium prius adhibere vnum testimoniū, quam duos? & an possint plures, quam duo adhiberi? & an testes debeant esse excelsi, qui alias norunt crimen fratris.

C Irca primum duplex est sententia.

1. Prima tenet, prius adhibendum esse vnum, deinde si hic non sufficiat, alterum. Probatur, quia Christus dixit, adhibere vnum, vel duos, ut coniunctione vel ordinem denotat, scilicet, ut prius vnum adhibetur, sicut denotat ordinem c. mandato, de prob. in 6. Tertio quia Christus ordinem correctionis instituit, ut proximi fama minus detrimentum patiat: ut minus patitur, si vni detegatur crimen;

ergo. Hanc sententiam tenet Sotus membr. 2. q. 4. in fine sexta conclusionis, & Flores mat. de correctione difficult. 6.

<sup>2</sup> Secunda sententia tenet istum ordinem non esse sub praecepto, sed posse simul ambos adhiberi testes, licet melius sit, prius adhibere vinum. Ratio, quia non excusat sic infamia, cum haec ex eo proveniat, quod multi sciant aliquius delictum: ergo, quod duo sciant delictum, sive simul, sive successivè, parum refert. Secundo, quia minus prodest correctione priori modo facta, nam magis erubescit, & retrahitur a peccato coram duobus admonitus, quam coram uno. Hac sententia probabiliter est, & illam tenet Abul. cap. 8. Matth. q. 9. 102. & Nauar. cap. inter verba, corol. 46. mem. 575.

<sup>3</sup> Quoad secundum Abul. ibi, q. 103. dicit, non licere plures adhibere, quam duos testes. Primo, quia Christus designavit certum numerum, scilicet vnum, & duos. Secundo, quia si adhucatur coram duobus, sufficit ad hoc ut confundatur, & resipiscat: ergo. Et haec sententia videatur verior.

<sup>4</sup> Quoad tertium dico, quod si peccatum illud scitur ab aliquibus, & coram quibus sufficienter potest corrigi, illi sunt adhibendi, vt docet Alfonso. lib. 3. tract. 2. cap. 2. Tabien. verbo correctio, mem. 2. Ratio, quia lex charitatis potest, & salutis spirituali proximi, quam minimo fame dispensio fieri possit, consulatur. Quando vero delictum est omnino occultum, posunt adhiberi testes, licet crimen illud alias nescirent, vt dictum est ab. 6.

## DVBIVM VIII.

An quando homo dubitat, an sua monitio, vel denunciatio sit profutura, excusat à correctione, & denunciatione.

<sup>1</sup> R Atio dubitandi, quia licet communis Doctorum sententia sit, quod quando homo sperat profutura denunciationem, vel monitionem, teneatur ad illam, & quando probabiliter fecit, non profutura, non teneatur: at manet dubium, quid facient scilicet dubitat, an proderit. Duplex est sententia.

Prima dicit, teneri, quando dubitat, an proderit, si certus sit non obstatum corrigo, quia cum nullum sit periculum in corrigit, & sic dubium, an maximum inde bonum sequatur fratri, tenetur. Ita Adrian. 4. mat. de correct. q. 5. d. hacten opini. Sotus membr. 2. q. 2. 2. verbi unde prudens, Corduba super istam locum Sot. innuit Nauar. Lat. cap. 24. n. 12. Hisp. mon. 17.

<sup>2</sup> Secunda sententia tenet oppositum, scilicet tantum esse praeceptum de correctione, quando probabiliter speratur emenda: (quod, vt infra dicimus, est intelligendum, quando non praepicit superior denunciationem.) Ratio, quia i. ad Cor. 9. dicitur, debet qui erat in peccato, & non dicitur in dubio. Item, quia actus actuorum non sunt nisi in patiente disposito peccator non est dispositus ad emendam ex correctione intentam, quando est dubium de eius emenda, sed tantum quando probabiliter speratur. Ita Caic. in fons, verbo correctio. Syluest. ibi, q. 9. 5. Artil. mem. 3. Tabien. mem. 6. Durand. 4. dif. 19. q. 2. 3. art. 3. Richard.

ibid. art. 2. q. 1. Palud. q. 3. art. 2. Lyra super illud Matth. 18. Si autem peccauerit, Abul. cap. 18. Matth. q. 95. paulò ante solutionem ad 1. & haec sententia est longè probabilior.

Sed nota hic temper respectum esse habendum ad finalia fratris emendam, vel deteriorationem, nam licet ad modicum tempus indignetur, vel deterioretur, non ideo est omittenda correctione, tandem emenda, vel fructus eius maior speretur; quia sic pro vitando maiori damno postponendum est minus. Ita Adrian. & Cord.

Secundo dubitatur hic, quid dicendum quando timetur correctionem potius obstatum quam profuturam. Primo dico, quod si timeo solum obstatum in temporalibus, v. g. quia si corripi, maxima inde afficitur trifilia, vel infirmabitur, tunc caudatum est, vt minimo damno possibili fiat; at non est propter ea celsitudinem, nam bonum anima, cum maius sit, præferendum est; sic Sotus ubi supra.

Secundum dico: si timer obesse in spiritualibus, & correctio judicialis, quæ pertinet ad Prelatos, non est ob id dimittenda, etiam si peccator est omni- no incorrigibilis, & contumax, sed puniens est, ut ex ordine iustitiae ob bonum publicum. Ratio, quia haec correctio non ordinatur tam ad fratris emendam, quam ad bonum publicum, ne delicta manente impunitata verò correctio fraterna omitenda est, cum ordineretur ad fratris emendam (intellige iuxta Sotum, nisi peccatum in alterius vergeret damnum, tunc enim etiam spe emende cefante, est denunciandum, vt supra dixi.) Ita Sotus ubi supra, D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 6. Turectem. cap. si peccaverit, 2. q. 1. n. 3. Abul. cap. 18. Matth. 9. 96. Syluest. verbo correctio, 9. 10.

Hinc inferat Caicran. d. art. 5. imprudenter agere Patres, vel heros, qui impatienter ferentes blasphemias, & alia vita filiorum, vel domesticorum, experti monitiones non prodeunt, sed obesse, ita ut quoties monentur, peccare faciant, non celant verbis eos arguere: inuoluntur enim (inquit) peccantium erratis, augendo indirecè corruptum exilium.

Vtlimo dico, quod quando probabiliter nobis constaret, quod sine nostra correctione finaliter damnabitur frater, utpote quia statim impensis, vel culpabiliter ignorans moriatur, vel occidetur, tunc fieri dubium sit, in corrigitur, & licet timeatur de deterioratione, tenetur corrige-re: siue quando desperatur de salute aliquius, ni- si applicetur ei medicina, que est dubium, an obedit, applicanda est. Ita Adrian. & Corduba ubi supra.

Hie est disputandum, an quando crimen est occultum, & in solius peccantis damnum, possit aliquo casu denunciari Prelato, ante secretam monitionem, & tellium inductionem, quando haec creduntur profutura. Sed de hoc latè egimus lib. 6. summ. cap. 18. & mon. 44. ad 52. Vtrum autem leius impedita aliquius ad ordinis, vel matrimonii, vel alia similia, teneatur denunciare Prelato, etiam sine prævia monitione, dixi lib. 3. de matrimonio, disp. 1. 3. a. mon. 1. id 8.

\*\*

## DVBIVM

## Lib. VI. Cap. II. Dub. IX.&amp;c. 177

## DVBIVM IX.

An omnes teneantur ad denunciationem faciendam, vel aliqui excusentur.

<sup>1</sup> R Atio dubitandi, quia sunt multa personæ, quibus ob priuilegium, & fauorem statutum est, vt non teneantur testimoniū ferre, in modo nec possint, vt velint, vt sunt filii contra parentes, & alios ascendentes, & patres, & alij ascenden-tes contra filios, & alios descendentes, & mulier contra virum, & libertus contra dominum, qui cum manumisit, & alij quibus crimen in secreto commisit est, quod alia via velicebant, & intellegitur de ascendentibus non solum generatione legitima, sed etiam illegitima. Item sunt alij, quibus concession est, vt licet possint testimoniū ferre, non tam teneantur, nec ad id possint compelli: vt sunt vir contra uxorem, soror, & gener, vitricus, vulgo Padastro, priuignus, id est, antenato, & omnes cognati int̄ qua trum gradum cognationis, libertus respectu patroni, qui cum manumisit, & respectu uxoris, & parentum, & filiorum ipsius patroni, & patronus respectu liberti, quem ipse manumisit. Quæ omnia intelliguntur tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus. Hæc nota Nauar. cap. inter verba, corol. 6. num. 80. 80. 9. 8. 10. & 8. 11. & in summa c. 2. num. 47. 48. 49. & 50. alij persona sunt, quibus ob defec-tum, vel peccatum, est impostum à iure, vt sunt inhabiles ad hoc, vt sint testes. Hi sunt minores, servi, infantes, periuri, de quibus alibi latius.

<sup>2</sup> Nota, non loqui nos in hoc dubio de obliga-tione denunciandi, quando index id praepicit per mandatum, vel edictum, quia de hoc inferioris, sed tantum de obligatione, quam quis habet ex parte denunciandi crima.

<sup>3</sup> Prima conclusio. Si denunciatio est euangelica, quia ordinatur ad bonum peccatoris, scilicet emendam, tunc omnes ad illam tenentur, quamvis sint in iure priuilegiati, vel inhabiles, quando per denunciationem speratur emenda, & non alio modo (vt supra diximus) Ratio, quia ista denunciatio est de iure diuino, vt patet Matth. 18. & sic ius positum non potest quemquam ab illa excludere. Ita Sotus lib. 5. de iust. q. 8. art. 2. concil. 2. sub finem illius Archid. cap. si peccaverit, 2. q. 1. Syluest. verbo denunciatio 9. 1. Angel. m. 1. Nauar. addit. ad n. 5. 1. capit. 1. 5. & alij.

<sup>4</sup> Secunda conclusio. Quando denunciatio est canonica, quia ordinatur ad impedientium damna publica, vel alicuius priuati in futurum pen-ditia, si alia via non possint impediti, tunc omnes tenentur denunciare. Ratio, quia vnuquisque tenetur succurrere proximo in extrema, vel graui necessitate, quando commodè potest ex charitatis lege, à qua cum diuina sit ius positum, eximere non potest. Ita D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. Nauar. cap. inter verba, corol. 6. 3. n. 70. 2. Archid. Syluest. & Angel. ubi supra. Innocent. cap. nouit. de iudic. mem. 4. Sotus lib. de detegendo scerero, memb. 9. 4. concil. 2.

<sup>5</sup> Circa hanc conclusionem sunt aliqua notanda. Primo nota, quod licet Syluest. hanc denunciatio nem vocet iudicalem: at vere intelligit canonica (cum enim canonica sit medium inter euangelicam, & iudicalem, potest vitroque nomine vocari,) & quod id intelligat Syluest. patet, nam

sequitur, & refer Innocentium ubi supra, qui ta-men hanc denunciationem appellat canonican. Item, quia Angel. eundem Innocentium refert, & sequitur, & vocat hanc denunciationem euangelicam. Item, quia denunciario iudicialis est actus iustitia, vt docet ibi Syluest. & Sotus loco citato, in prima huius dubiæ conclusione. At vero denuncia-tionem, de qua in ista conclusione agimus, dieit Syl. ibi esse actum charitatis.

Secundo nota, Sylvestrum imponere Angelo, quod dicit hanc secundam conclusionem, intelligendam esse de Prelatis: sed male illi impunit. nam Angelus hæc dicit: hoc veram intelligo, quando talis est Prelatus, per quem sine omni denunciatione oblineri potest; vbi ly talis, non refert illum qui denunciare debet; sed senius est, vbi Prelatus est talis conditionis, vt crederetur denunciationem effectum fortitum. Eandemque limitationem ponit Innocentius, cuius doctrinam sequitur Angelus.

Tertiò nota, conclusionem intelligi, quando sine graui detrimento proprio potest denunciare. Ita Innocentius, Sotus, Syluest. Angel. Nauar. ubi supra, & etiam in summa, cap. 2. num. 5. 1. Ratio, quia ad hoc obligamus lege charitatis, quæ non obligat tanto dipendio.

Vtima conclusio. Quando denunciatio est me-ris judicialis, que feliciter ordinatur ad peccatum delinquentis propter vindictam publicam, & bonum, vel interesse aliquod publicum, tunc illi soli tenentur denunciare, quibus hoc ex officio incumbit: vt sunt fiscales, custodes, Syndici, & alij munere publico ad hoc deputati; catcri vero non tenentur se offerre ad talen denunciationem. Ratio, quia ad hoc non obligat charitas, quia non est necessitas evitandi peccata, nec damna, & lex iustitia non obligat, nisi officiales publicos, & facit bono communi confitulur, si tales denuncient. Innocent. Syluest. Angel. ubi supra.

## DVBIVM X.

An clericū teneantur ad predictam denuncia-tionem faciendam, etiam in causa sanguinis.

<sup>1</sup> R Atio dubitandi, quia cap. his à quibus 2. 3. q. 8. & cap. clericus, & cap. sententiam, ne clericū, vel monachū, prohibetur clericus immiscere se in causa sanguinis. Item, quia graue detrimentum ex denunciatione clericus incurrit, scilicet si denunciatus morietur, vel mutilatione plectatur, incurrit irregularitatem; nec valet, si accusatione pro-telationem premitat, quia protestatio tantum excusat in causa propria, vt patet cap. prelatis, de homicidio in 6.

Sit conclusio. Clericis licet, atque tenentur denunciare crimina, que sunt in graue Reipu-blica, vel alicuius priuati damnum, etiam si probabiliter credatur denunciatum morte damnandum, modo protestationem premitat, se nolle morte, vel mutilationem, sed damna vitare. Ratio, quia hæc est obligatio iuris naturalis, à qua nullus per ius positum, nec per dignitatem potest excusari. Ita Caicetus 2. 2. q. 33. art. 7. Sotus membr. 2. q. 2. 4. ante tertiam conclusione. Nauar. cap. 18. num. 5. & cap. 24. num. 1. 3. & cap. inter verba, corol. 5. 8. num. 6. 2. 0. Nauar. lib. 2. de iust. cap. 4.

*cap. 4. num. 2. 29.* Et ad argumentum responderetur non incurere talens clericum irregularitatem; nam quamvis ius dicat in causa propria, extenditur iure naturali illa facultas ad causas proximum, in quibus de vitando illorum damno agitur. Ita Doctores citati, Armil. verbo irregularitas, n. 3. 9. Cour. element. si furiosus, 2. p. 5. 5. num. 4. Sed ad uertere, hoc intelligi quando alter, quam per denunciationem illi malo obuiari non potest enim ad cauendum periculum fati si preparationem detegit tacita persona, non potest clericus personam manifileare, licet iudex exquirere personam velit: celsat enim tunc ratio detegendi, que ipsum obligabat. Ita Caet. & Cour. *vbi supra*.

## D V B I V M X I.

*An Prelatus, vel iudex posse punire hominem, de quo denunciatum est aliquod crimen.*

**D**E hoc sunt varij dicendi modi.

1. **V**nus est, quod quando denunciatio est euangelica, scilicet ad fratris emendam, si Prelatus probabilitate intelligat, punitionem non pro futuram, sed potius obscuratam peccatori, debet efficiare a punitione in peccatis, quae non sunt in diuinum alterius, & hoc non tantum, quando crimen est secretum omnino, sed etiam quando est probable, nam aliud est, si alius noceret, vel est publicum, vel scandalizaret alios. Ratio, quia finis huius denunciationis, est peccatoris correccio: ergo, quando haec non speratur, celsandum erit in quocunque statu sit. Ita Caet. 2. 2. quæst. 3. art. 8. in fine, Nauar. cap. inter verba, corol. 5. 9. num. 6. 1. 8.

2. Alter modus est sine distinctione, quod quando peccator monitus a Prelato, non corrigitur, debet puniri iudicitaliter per ipsum, si peccatum probari possit, quia ipso quod non corrigitur, celsat via correctionis fratrum, & sequitur via iudicialis. Ita Viguer. lib. inf. cap. 1. 2. 2. vov. 9.

3. Pro solutione sit prima conclusio. Quando frater denunciatur denunciatione euangelica, si monitus a Prelato proponit emendam, non licet Prelato ipsum celeriter facere iuris, siue crimen sit omnino secretum, sive sit probable. Ratio, quia iam finis, scilicet fratris emenda, obtentus est. Ita Caet. Sylo. Nauar. Viguer. *vbi supra*. Sotus memb. 2. quæst. 4. concl. 7. Hinc.

4. Infertur, non licere Prelato statim, *vbi* frater denunciatur euangelice, ipsum punire, licet crimen probable sit, sed omnia prius tentanda esse, ut frater sine correctione iudicitaliter corrigitur: ut, debet prius leniter admonetere si viderit expedire: deinde nimis admonere, quod eius vitam explorabit, & potest admonere coram aliquibus, si videbit expedire. Sotus *vbi supra*.

5. Circa hanc conclusionem nota est latum discri-  
men, quando crimen est omnino occultum, &  
quando est probable, nam primo cauus non potest  
Prelatus subditum iuridice interrogare, nec cog-  
ere ad farendum crimen: at vero secundo cauus si  
iam habet index indicia probata, vel semiplenam  
probationem, potest iuridice interrogare, & tene-  
tur subditus sub mortali fateri crimen Prelato,  
tanquam patri. Quod intellige, ut dicit Sotus 5. de  
*vbi. quæst. 6. art. 2. conclus. 3.* nisi grauiter timeat,

quod iudex machinatur cum castigare. Sic Sotus *vbi supra*, Sylvestr. verbo correctio, quæst. 7. Secunda differentia est, quod licet in neutrō calu, quando reus proponit emendam, possit iudex penitius iuris pletere; quia Matth. 1. 8. non iubetur vt habeatur pro ethnico, nisi quando Ecclesiast. non audierit: ut quando crimen est probatum, & reus ipse confessus est, potest Prelatus cædere flagello tristernaliter, non ad punitionem præteriti, sed ad terrorēm in futurum; secus quando est occultum omnino. Ita Sotus, & Nauar. *vbi supra*, qui non addit illud, & ipse confessus est, sed tantum dicit, quando crimen est probatum, & dicit esse communem Doctorum sententiam.

Secundū nota, quod tunc intelligimus certum, 6 denunciationem esse euangelicam de criminibus, que non sunt in perniciem alterius, quando nec iudex interrogat, nec peccatum est publicum, vel famolum, & si iudex interrogat, tunc certò est euangelica, quando sine indicis probatis, aut sine infamia, & semiplena probatione interrogat; quia in *vbi supra* potest iuridice interrogare.

Secunda conclusio. Si talis peccator per denun-  
ciationem euangelicā denunciatus non corrigitur  
monitione Prelati; tunc si peccatum est omnino  
secretum, non potest Prelatus punire, sed expe-  
ctare debet, donec sint indicia ad inquendū, vel testes ad concinendum delictum. Ratio, quia  
quando punit iudex, iam iuridice procedit: at sine  
probatione non licet iuridice procedere. Vnde  
tantum potest interim preces fundere Deo pro  
subditu. Ita Sotus *vbi supra*, concl. 8. & in hoc casu,  
scilicet quando crimen non est probable, vera  
est prima opinio *supra* citata, scilicet non est utra  
procedendum.

Tertia conclusio. Si in isto casu crimen est pro-  
babile, estque spes, quod peccator per punitionem  
corrigitur, tunc facta probatione, debet iudex illum punire legitime. Patet Matth. 1. 8. Si Eccl. 1. 8. non audierit, si tibi sunt Ethnici & publicani;  
& ratio est, quia ex quo frater per secreta  
monitionem Prelati renuit corrigi, celsat via cor-  
rectionis fratrum, & transitus sit ad iudicalem,  
qua ordinatur ad peccatum. Ita Sotus *vbi supra*, &  
etiam quæst. citata, de *vbi. concl. 7. 4.* Sylvestr. Caet.  
Nauar. loco citato, in prima opinione. Palud. 4. dist. 1. 9.  
quæst. 4. D. Anton. 1. p. tit. 9. cap. 6. §. 4. & in hoc casu  
vera est secunda opinio *supra* citata, nec est  
contra primam.

Quarta conclusio. Si in isto casu nulla sit spes  
emenda per punitionem, licet non sit ad alias po-  
nas iuris progrediendum, at iste pertinax est ex-  
communicandus coram testibus denunciationis.  
Probatur Matth. 1. 8. Si Ecclesiam non audierit, si  
tibi sunt Ethnici, & rap. tam sacerdotes, 2. 4. quæst. 3.  
*vbi* habetur tales incorrigibilis ab Ecclesia sepa-  
randos. Hec conclusio est contra Caet. Nauar. &  
Sylvestr. *supra* citatos, qui dicunt in hoc casu  
non esse utra procedendum: quod idem docuit  
Sotus lib. de detegendo secreto, membr. 2. q. 4. conclus. 8.  
At ipsam lib. 5. de inst. quæst. 6. art. 2. concl. 4. refert  
se, & mutat sententiam, & tenet hanc conclusio-  
nem. Item in cau, quo licet illa puniri obvet  
peccatori, prodebet tamen bono communi, quia  
scilicet ex induratione fratris, & omissione puni-  
tionis, alij scandalizarentur, & anfan peccandi  
sumperent, procedendum est ad punitionem, nisi  
*vbi. quæst. 6. art. 2. conclus. 3.* nisi grauiter timeat,

## Lib. VI. Cap. II. Dub. XII. &amp;c. 179

delictum illud probatum sit, iudex habet ius ad  
puniri; & licet frater perueri ob id debeat,  
at bonum commune præferendum est particulari.  
Ita Sylvestr. verbo correctio, q. 1. & Corduba memb.  
2. q. 4. super conclus. 6.

5. Huc vique egimus de denunciatione euangeli-  
ca, que est ad emendam fratris: oportet alias duas  
statuas conclusiones de denunciatione canonica-  
ca. Sit

6. Quinta conclusio. Si denunciatio est canonica,  
scilicet, ad impedendum dannum, ut quando de-  
nunciantur crimina, que redundant in damnum  
commune, vel aliquis priuati; tunc, si peccator  
monitus corrigitur, & omnia mala in futurum  
cessant per solam indicis monitionem, & hoc est  
certissimum, non debet utra procedi ad punitionem  
peccatoris. Ratio, qui iam finis denunciatio-  
nis est omnino comparatus. Item, quia si ante  
denunciationem per solam monitionem cel-  
laret a damno inferendo, & hoc esset certum, non  
esset denunciandus, ut patet ex supradictis: ergo si  
per monitionem omnino cessat, non est utra puni-  
niendus. Item, quia iudex non potest interrogare  
testes ad puniendo reum, nisi habeat prius indi-  
cia probata, vel infamiam, vel semiplenam proba-  
tionem; sed denunciatio canonica sit sine hac  
solemnitate, & etiam in omnino secretis: ergo ex  
mera denunciatione, que vel de omnino secre-  
tis, vel fine dicta solemnitate sit, non est proce-  
dendum ad punitionem, quando omnia mala ces-  
san, & non est in futurum aliquod periculum.  
Hanc conclusionem cogit affirmata ratio, & eam  
tenent nomini doctri recentiores Magistri.

7. Ultima conclusio. Quando tunc peccator non  
corrigitur, licet non est spes emenda, in modo  
proper id procedendum est utra, visque ad puni-  
tionem. Ratio, quia tunc non agitur ad eum  
emenda istius, quam de cauendo proximi dam-  
no. Ita Sotus *viro quo loco citato*, & Caet. *vbi supra*,  
dicens, idem est, quando peccatum est  
publicum, licet non in alterius damnum, quia  
tunc debet Prelatus attendere ad confundendum  
scandalum.

## D V B I V M X I L

*An quando iudex procedit ad denunciatiū puni-  
tionem, posse cum punire integra  
legis pna.*

8. Sit conclusio, non potest, siue denunciatus sit  
Iuridicus, siue euangelicus, siue canonica de-  
nunciatione, sed tenet mitiori punire pena.  
Ratio, quia in accusatione est actor petens vindic-  
tam, & duplex exigunt satisfactionem, scilicet actoris  
& reipublicæ, ut faciat actum, & etiam si in denuncia-  
tione: ergo non est integræ pena infligenda. Ita Sotus  
lib. 5. de inst. q. 6. art. 2. immediate ante tertiam  
conclusionem, & lib. de secreto, memb. 2. q. 5. art. 2. vov.  
quarta conclusio. Vbi addit denunciandum illum, si  
est omni exceptione maior, valere pro semiplenam  
probatione, contra Caet. 2. 2. quæst. 6. 9. art. 2. vov.  
ad secundam, *vbi* contrarium tenet. Hanc etiam  
conclusionem tenet Simancas lib. inst. in nauis,  
tit. 19. num. 4. art. 6. 4. n. 5. Albert. lib. de secre-  
to, num. 17. 7.

9. Nota quod Panormitan. & Felinus limitant  
hanc conclusionem, modò denunciatus ipse non sit  
reportatus commodum, vel incommodum,  
damnum, laudem, vel vituperium, nec aliqua  
affectione notetur.

Secunda